



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum theologia prout co[m]muniter traditur & habetur sit
scientia propriè dicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Prologi Sententiarum
INCIPIT BREVIS; ET PERVILLIS
diuisio literæ Magistri Sententiarum, quæ ad perfectam
intellectionem eiusdem plurimum continet, edita per soli-
dissimum diuinæ veritatis inquisitorem, Magistrum
Durandum de Sancto Porciano.

Diuisio literæ Prologi.

Cvpientes aliquid de Penuria &c. Huic operi Magi-
ster premitur proœmium suum: in quo principaliter
etiam facit, quia primò reddit auditore beneuolum, secun-
dò docilem, tertio attentum. Prima in principio, Cupi-
entes: secunda ibi, horam igitur Deo odibilem: tertia ibi
non igitur debet hic labor. Primò reddit auditorem be-
neuolum, assignans causas mouentes ipsum ad compilati-
onem huius operis: ex quibus ostenditur affectus eius in
Deum & proximum. Sunt autem tres causæ ipsum mo-
uentes. Prima sumitur ex parte sui, scilicet desiderii pro-
ficiendi in Ecclesia dei: secunda ex parte Dei, scilicet pro-
missio mercedis, & confidentia diuini auxilii: tertia ex
parte proximi, videlicet profectus fratrum & sociorum.
Quarta primaque infinuatur charitatè in Deum, tertia uti-
litatem in proximum. E contra sunt tres causæ ipsum ab
hoc opere retrahentes. Prima est ex parte sui, scilicet de-
fectus ingenii & scientiæ: secunda ex parte operis, scilicet
et altitudo materiæ & magnitudo laboris: tertia ex par-
te proximi, scilicet inuidiosum contradicètiõ.

2 Sic igitur in hac parte, ubi reddit auditore beneuo-
lum, sex facit per ordinem. Primò enim ponit causam vnã
mouentem, et ei annexit statim causam contrariã retrahen-
tem. Secundò, adiungit aliã causam mouentem, cù alia retra-
hente. Tertio, has quatuor causas simul colligit per oppo-
situm. Quarto ostendit causarum mouentium victoriã ad
retrahentes. Quintò ponit tantum causam mouentem. Sextò
ponit causam retrahentem. Secunda pars incipit ibi, Ardua
scandere. Tertia ibi, delectat vos veritas. Quarta ibi, quã
vincit zelus domus Domini. Quinta ibi, nõ valentes studi-
osorũ. Sexta ibi, quanuis nõ ambigamus. Item vltima in
tres partes diuiditur: quia primò ponit contradicètiõnis cau-
sam. Secundò contradicètiõnis euidentiam. Tertio contradicè-
tiõnis nequitiam. Secunda pars incipit ibi, quia dissentis
entibus voluntatum motibus. Tertia ibi, qui non rationi
voluntatè subiciunt. Et hæc vltima diuiditur in tres par-
tes, quia primò ostendit contradicètiõnis nequitiam ex in-
ordinata affectione. Secundò, ex simulata religione. Ter-
tio, ex pertinaci contentione. Secunda pars incipit ibi,
habent rationem sapientiæ. Tertia ibi, qui contentions
studentes.

3 Secunda pars principalis, in qua reddit auditorem
docilem, diuiditur in quatuor partes: secundum quod præ-
mittit quatuor causas, ex quibus redditur auditor docilis.
Primò enim ponit causam finalem: secundò efficien-
tem: tertio materialem: quartò formalem. Secunda pars
incipit ibi, in labore multo. Tertia ibi, ex testimoniis ve-
ritatis. Quarta ibi, in quatuor libris distinctum.

4 Illa pars, in qua reddit auditorem attentum, diuidi-
tur in tres partes, secundum quod ex tribus reddit ipsum
attentum. Primò ex operis utilitate: secundò ex materiæ
profunditate: tertio ex modi procedendi ordinabilitate.
Secunda pars incipit ibi, In hoc autem tractatu. Tertia
ibi, vt autem quod queritur. Hæc diuisio est, & sententia
in generali.

5 In speciali verò sic procedit Magister. Vt enim reddat
auditorem beneuolum, primò vnã causam ponit mouentem
ipsum ad cõpilationem huius operis, quæ est desiderium
proficiendi: et statim adiungit contrariã causam ipsum re-
trahentem, quæ est defectus ingenii & scientiæ: Postea po-
nit aliã causam retrahentem, quæ est altitudo materiæ hu-
ius operis, & magnitudo laboris. Et subiungit aliã cau-
sam mouentem, scilicet confidentiã diuini auxilii, & præ-
mium à Christo promissum. Postea has quatuor causas
enumeratas simul colligit. Deinde ostendit victoriã cau-
sarum mouentium. Et dicit quod illa duo, quæ videtur eum
retrahere à cõpilatione huius operis, vincit ardor inten-
sus, quem habet ad ecclesiam, quo inflammatus opus aggree-
ditur. Et suam intentionem circa tria principaliter dicit ver-
sari, scilicet circa fidei defensionem: catholicæ fidei expla-
nationem: sacramentorum etiã manifestationem. Postea

Diuisio, & Quæstio. I.

ponit aliam causam mouentem, quæ est charitas & instan-
tia fratrum & sociorum. Deinde ponit etiã causam retra-
hentem præcedenti contrariã, quæ est contradicètiõ, & in-
ordinatio inuidiosorũ. Ibidem ponit contradicètiõnis cau-
sam, quæ est discordia & inordinatio: ex quibus prouenit
error: ex errore autem inuidia: ex inuidia contradicètiõ oris-
tur. Et statim ponit contradicètiõnis nequitiam ex inordina-
ta affectione: quia scilicet voluntatè suam non subiciunt
rationi, & rationis rectitudinẽ non sequuntur: nec autori-
tati sacræ doctrinæ se subiciunt: sed tã rationi, quã scrip-
turæ autoritati sensum suum præponunt. Deinde tangit
eorum nequitiam ex simulata religione: quia scilicet quidã
superflua & superstitiosa religione, exterius simulata, ha-
bent argumentum ad ostendendum sapientiã, quandam
doctrinam nouam adinueniendo. Et statim ponit eorum
nequitiam ex pertinaci cõtentione: quia scilicet clamosa
contentione impugnant pertinaciter veritatem.

6 Sequitur altera pars, in qua reddit auditore docilem,
causas operis assignando: ubi primò ponit causam finalem
quæ est duplex, scilicet destructio erroris, & manifestatio
veritatis. Deinde ponit causam efficientem, quæ est duplex:
principalis, scilicet Deus: & instrumentalis, vt ipse Magis-
ter. Ibidem ponit causam materialem, scilicet & exempla,
& autoritates sanctorum. Deinde ponit causam formalem,
quæ est duplex, scilicet forma tractatus, quæ cõsistit in di-
uisione operis: & forma tractandi, quæ est quidam modus
agendi. Deinde reddit auditore attentum. Et primò ex
operis utilitate, quia scilicet illa, quæ alibi sunt diffusa, hic
breuiter & utiliter cõpilantur. Deinde reddit ipsum atten-
tum, propter materiæ profunditatem: quia scilicet hoc
opus versatur circa profundas quæstiones veritatis. Vlti-
mò reddit ipsum attentum ex modi procedendi ordina-
bilitate: quia scilicet singulorum librorum præmittit ca-
pitula ad facilitatem quæstionum. Et in hoc terminatur
sententia totius Proœmii in generali, & speciali.

PRIMA QUÆSTIO PROLOGI.
Vtrum Theologia sit scientia.

De hac s. Tho. 1. q. 1. ar. 2. scilicet in Prolog. q. 4. c. 5.

Hic primò queritur de causis Theologiæ secundum
se: & deinde de comparatione eius ad alias scientias.
Quantum ad primum, queritur, de tribus partibus ad
tres causas Theologiæ: scilicet formalem, materialem, &
finalem. De efficiente enim nõ est magna dubitatio. Circa
causam formalem queruntur duo: Primum est, Vtrum
Theologia sit scientia. Secundum, Vtrum sit vnã. Adhuc
circa primum tria queruntur: Primum est, Vtrum Theo-
logia, prout communiter traditur, & habetur, sit proprie
scientia. Secundum est, Vtrum sit scientia, supposito quo-
dam lumine, quod quidam ponunt esse in perfectioribus
Doctoribus. Tertium est, Vtrum virtute diuina possit cõ-
municari viatori cognitio sc̃ificã de articulis fidei. Ad
primum sic proceditur: & arguitur, quod Theologia, prout
communiter traditur, & habetur, sit proprie scientia, quia
omnis sapientia est proprie scientia (quia sapientia inclu-
dit scientiam vt habetur. 4. Ethic. cap. 7.) sed Theologia
est sapientia, cum sit cognitio diuinorum, quæ dicitur sa-
pientia secundum August. 12. de Trinit. cap. 14. ergo ipsa
est scientia.

1 Item Philosophus. 6. Ethic. distinguit habitus intelle-
ctuales in septem, scilicet sapietiam, scientiam, intellectuũ,
prudetiam, artem, opinionem, & suspensionem. Sed Theo-
logia est habitus intellectualis, & non est opinio, nec sus-
picio, quibus contingit falsum dicere, non autem per Theo-
logiam: nec est ars, quæ est de facilibus à nobis: nec pru-
dentia, quæ est de agilibus, cum Theologia sit de Deo,
vt communiter ponitur: nec est intellectus, qui est habitus
principiorum, quia illa sunt per se nota, non autem illa,
de quibus est Theologia. Relinquitur ergo, per locum à
sufficienti diuisione, quod sit scientia, vel sapientia: sed si
est scientia, habetur propositum: si verò est sapientia, idem
habetur, cum sapientia includat scientiam vt dictum est.
Quare, &c.

2 Item Hieron. dicitur, quod in hoc gloriatur, qui glo-
riatur scire & noscere me. Et videtur loqui de notitia, quæ
habetur de Deo per sacram scripturam seu Theologiam:
ergo ipsa est scientia.

3. Cap.

4 IN contrarium arguitur. Primo, quia scientia est virtus intellectualis, vt patet ex. 6. Ethico. sed Theologia non est virtus intellectualis: ergo non est scientia. Minor probatur: Quia virtus est dispositio perfecti ad optimū, vt habetur. 7. Physicorum: sed Theologia non disponit, nec perficit intellectum ad id, quod optimum est intellectui: quia non facit euidentiā de his, quæ tradit, sicut nec fides, ex cuius arcibus procedit. Clara autem euidentiā veritatis est illud, quod est optimū intellectui. Quare, &c.

5 Item, Perfectior est habitus principiorum, quā habitus conclusionum: quia habitus conclusionum dependet ex habitu principiorum, & non e conuerso, sed fides, quæ est habitus principiorum, ex quibus Theologia procedit, non est virtus intellectualis nec inter illas nominatur. 6. Ethic. Ergo nec Theologia est virtus intellectualis.

Quomodo differunt hi, tres habitus Theologie, infra explicat. In. q. 4.

6 RESPONSIO. Circa quæstionem istam proceditur sic. quia primò ponitur quedam distinctio Theologie: & secundò, iuxta membra illius distinctionis, respondetur ad quæstionem. Quantum ad primū notandum est, quòd Theologia videtur posse accipi tripliciter: Vno modo, pro habitu, quò solū vel principaliter assentimus his, quæ in sacra scriptura traduntur, & prout in ea traduntur. Et hoc rationabiliter. Si enim scire ea, quæ continentur in libris Naturalibus Aristotelis, & quorumcumq; aliorū Philosophorum, vocatur cōmuniter Naturalis Philosophia: multo magis scire ea, quæ in sacra scriptura continentur, debet vocari Theologia: quia naturalis Philosophia nō est scire, quid Aristoteles, vel alii Philosophi senserūt: sed quid habeat veritas rerum. Vnde vbi deuiat mēs Aristoteles à veritate rerum, nō est scientia, scire quid Aristoteles senserit, sed potius error. Sed verè Theologia dicitur scire eorum mentem, qui sacrum canōnem Spiritu sancto inspirante tradiderunt: quia intellectus eorum nūquam deuiat à veritate rerum.

1. Cor. 13.

7 Secundo accipitur Theologia, pro habitu, quo fides, & ea quæ in sacra scriptura traduntur, defenduntur, & declarantur, ex quibusdā principiis nobis notioribus. Et sic accipit eā Aug. li. 14. de Trin. ca. 7. Dicit enim, q̄ huic sciētiæ tantūmodo tribuitur illud, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, et roboratur. Et subdit immediate, Quia sciētia nō possent fideles plurimi, quāuis polleat fide plurimū. Aliud est enim, scire tantūmodo quid homo credere debeat: aliud autem, scire quomodo hoc ipsum & piis opituleretur, & contra impios defendatur: quā proprio vocabulo Apost. ad Cor. sciētia appellare videtur. Verba sunt Augustini. Ex quo satis apparet, q̄ ipse vocat sciētiā Theologiæ habitum, quo fides & scriptura defenduntur, & declarantur. Sic etiam accipitur, & intendit eam tradere Magister Sentent. in 1. mago dicens, Sic fidem nostram aduersus errorem carnalium hominum turris Davidicæ clypeis munire, vel potius munitā ostendere: ac catholicarū inquisitionum abdita aperire: nec non sacramentorū ecclesiasticorum, pro modulo nostræ intelligentiæ, notitiam tradere studiuimus. Dicit autem, munitam ostendere, quia virtus autoritatibus Augustini, & aliorum, qui suis dictis fidem defenderant, & clarificauerant.

Huius rationem vide infra, nm. 48.

8 Tertio accipitur Theologia communis (nescio si * verius) pro habitu eorum, quæ deducuntur ex articulis fidei, & ex dictis sacre scripturæ, sicut cōclusiones ex principiis: & hic modus nunc vertitur communiter in ore loquentium, &c.

9 Hac distinctione præmissa, dicendū, quòd si Theologia capiatur primo modo, scilicet pro habitu, quo cognoscuntur ea, quæ in sacra scriptura traduntur, & modo, quo in ea traduntur: Theologia nō differt à fide. Cuius ratio est, quia quæ in sacra scriptura traduntur, sic solū diuina autoritate tenentur. Sic autem assentire eis, scilicet vt diuina autoritate sunt tradita, solius fidei est. Et ideo Theologia sic accepta, non differt à fide. Propter quod, quæerere vtrum Theologia sic accepta, sit scientia, idē est, ac si quæeretur, vtrum fides esset scientia, & non solū, vtrum cum fide sit scientia de eodem. Et quia nullus vnquam dubitauit, an fides formaliter sit scientia, nisi loquendo largiffimè de scientia, sicut loquitur Augustinus de videndo Deum, dicens, quòd illud dicimur scire, quod credimus

aliorum testimonio: ideo hic sensus conclusionis ad præsens dimittitur.

Quomodo sint de eodem, declaratur infra, q. 5. nm. 10.

10 Si autem Theologia accipiatur secundo modo, scilicet pro habitu, quo fides, & ea quæ in sacra scriptura traduntur, defenduntur, & declarantur, sic fides & Theologia sunt de eodē: nisi q̄ illud, quod tradit fides sola autoritate, tradit Theologia ratione. Et ideo quæerere, vtrum Theologia sic accepta sit scientia, est quæerere, vtrum de eodem possit simul haberi fides & scientia.

11 Accipiendo autē Theologiam tertio modo, sicut cōmuniter accipitur, pro habitu eorum, quæ deducuntur ex articulis fidei: & ex dictis sacre scripturæ, sicut conclusiones ex principiis: sic quæerere, vtrum Theologia sit scientia, est quæerere vtrum ex articulis fidei possit aliquid demonstratiuè concludi, quòd sit verè scitum.

12 Et his duobus modis vltimis tractabitur quæstio: Primo, vtrum de eodem possit esse fides, & scientia. Secundò, vtrum ex articulis fidei possit deduci cōclusio verè scita. Sed antequam hæc tractentur, excludendæ sunt quedam obiectiones, quæ fiunt contra prædictā distinctionē. Quidam enim arguunt contra duo mēbra distinctionis. Contra primum mēbrum dupliciter: Primo sic: Per fidē proprie acceptā, solū assentitur alicui, vt est à Deo reuelatū, & non, vt est ex aliquo deductum. Sed sacra scriptura tradit quædā, vt ex aliis deducta & conclusa. Ergo ratio non tenetur sola fide: cuius oppositū dictū est in primo membro distinctionis. Maior patet: sed minor probatur: quia in sacra scriptura vnus articulus deducitur, & cōcluditur ex alio: sicut Apost. 1. Corin. 15. concludit resurrectionem nostram ex resurrectione Christi. Item deducendo ad inconueniens contra fidem, probat illud idem, dicens, Si mortui nō resurgunt, vana est fides nostra, inanis est probatio nostra. Et quædā similia fręquenter inueniuntur in epistolis & libris sapientialibus. Quare, &c.

13 Secundo sic: Fides est habitus infusus: sed Theologia primo modo, est habitus requisitus: quia habitus, quo cognoscimus ea, quæ continentur in sacra scriptura, est acquisitus per studium & doctrinam: ergo talis Theologia non est idem, quòd fides.

14 Contra secundum membrum arguitur sic: Habitus, quo sacra scriptura, & contenta in ea, defenduntur, & declarantur, se habet ad sacram scripturam, sicut se habet habitus opinatiuus circa vnumquodq; cognoscibile, ad sciētiā de illis scibilibus. Multa enim probabilia dicuntur de Naturalibus & Geometricis, quorum habitus se habet ad sciētiā naturalem, vel Geometriam, sicut supra dictus habitus ad Theologiam, vel sacra scripturam. Sed propter habitum opinatiuum, annexum Naturali sciētiæ, vel Geometriæ, non dicitur, quòd sunt duæ Geometriæ: Ergo nec propter supra dictum habitum annexum sacre scripturæ, debet dici, quòd sint duæ Theologiæ. Dicunt ergo isti, quòd ille habitus persuasiuus, non est alius habitus à Theologia proprie dicta, vel nō est alia Theologia proprie dicta, sed est annexus Theologiæ proprie dictæ, sicut habitus opinatiuus est annexus sciētiæ, quādo sunt de eisdem obiectis.

15 Ad primum istorū, quòd est contra primū membrum distinctionis, dicendū est ad maiorem, q̄ per fidē solū assentitur alicui, vt reuelatū est à Deo, & non, vt est ab alio deductū, deductione purè fundata super naturas rerum, seu deductione humana: sed si deductio tenetur, vt à Deo inspirata, vel ipsa deducta traduntur alibi in sacra scriptura, vt absolute à Deo sunt reuelata, tunc talis deductio, & ipsa deducta, tenentur ex fide proprie dicta. Deinde dicendum ad minorem, q̄ quāuis in sacra scriptura quædā tradantur, vt deducta ab aliis: ramen illa deductio, vt ad scripturam pertinet, habetur vt à Deo inspirata, & nō vt humana ratione inuenta: alioquin liceret eam negare, & sic falsificaretur scriptura pro illa consequentia deducta: quod est erroneum. Quædam etiam talium quæ hic traduntur, vt ex aliis deducta, traduntur alibi in scriptura, vt absolute reuelata, sicut resurrectio nostra, quæ concluditur ab Apostolo ex resurrectione Christi, traditur, vt absolute reuelata, Iob. 19. & Dan. 12. & per Christum in Euāgelio, in pluribus locis: & omnia talia tenentur solidum, vel principaliter, per fidem proprie dictam.

16 Ad

Prologi Sententiarum

16 Ad secundum dicendum, qd nullus habitus potest exire in actu, nisi praesente vel proposito obiecto: propter quod necesse est, ad hoc quod per fide credamus explicitè & in particulari omnia credibilia, qd ipsa proponantur nobis, & explicentur. Et quia ipsa continentur in sacra scriptura, quae non est nobis naturaliter nota: ideo oportet habere notitiam eius, per acquisitionem studii vel doctrinae: ex quibus si in nobis generatur aliquis habitus, bene quidem: sed ille habitus de se non facit assensum: imò potest esse communis assentientibus, & non assentientibus: quia tam illi, quam isti, possunt cognoscere, quid continetur in sacra scriptura: sed non assentiunt, nisi illi qui credunt sacram scripturam esse à Deo inspiratam: quod pertinet ad fidem. & ita fides aut solum, aut principaliter, facit assentire dictis scripturae. Primus autem habitus, qui est per studium acquisitus, requiritur propter solum propositionem seu praesentationem obiecti: propter quod non debet dici Theologia ob defectum assensus, sicut non debent dici Geometrici habitus, quibus cognoscitur, quicquid continetur in libris Geometricis, si eis non assentiretur. Minor igitur propositio illius obiectio, implicat falsum, vocado Theologia illum habitum acquisitum, qui de se non facit assensum. & sic patet, quod Theologia, prout dicitur habitus, quo solum, vel principaliter, assentimus his, quae in sacra scriptura traduntur, & vt in ea traduntur, non differat à fide: quod fuit primum membrum distinctionis.

17 Ad illud, quod obiicitur contra secundum membrum distinctionis, dicendum est, quod si argumentantes intendunt dicere quod ille habitus defensus sacrae scripturae, quem vocant Theologia, non fit alius habitus à tali Theologia sed fit ei adiunctus, contradictio est in dictis, quia nihil adiungitur sibi ipsi. Et ideo si est adiunctus, est alius. Si vero intendunt dicere, quod fit alius habitus, sed non debet dici Theologia, quia non est principalis, sed adiunctus, sicut habitus opinatiuus circa Geometrica, non dicitur Geometria, sed sola scientia Geometriae, tanquam principalior: adhuc isti contradicunt sibi ipsi. Dicunt enim alibi, quod opinio non stat cum scientia: hic autem dicunt, habitum opinatiuum circa vnumquodq; genus scibilium, annexum esse scientiae, quae est de eisdem scibilibus. Non autem possibile est, imò videtur esse contradictio, quod impossibile scibilia sint sibi inuicè annexa: quin potius vnum annexorum est amminiculatiuum alterius.

18 Sed quicquid sit de hoc, dicendum est ad rationem istorum, quod non est simile, quod inducitur pro simili: quia habitus opinatiuus, adiunctus scientiae Geometricae, quantum sit habitus Geometricus, tamen non dicitur Geometria: quia scientia Geometriae, tanquam certior & perfectior, illud nomen sibi appropriat. Et illo modo, si quis esset habitus Theologicus, qui esset proprie scientia, ille solus diceretur proprie Theologicus, propter suam excellentiam, respectu aliorum: sed non est ita vt inferius patebit: quinimò omnes habitus Theologici deficiunt à ratione scientiae proprie dictae. Et ideo nulli appropriatur nomen Theologicum, sed conuenit omnibus habitibus Theologicis cognitius facientibus assensum, & maxime illi habitui, de quo nunc loquimur: vt testatur autoritas Beati Augustini prius allegata. Et sic patet, quod obiectiones factae contra istam distinctionem prius positam, non concludunt.

19 Nunc procedendum est ad pertractandum articulos propositos: & primum primum, videlicet vtrum fides & scientia possint simul esse in eodem homine de eadem conclusione. Et vt latius tractetur questio, notandum est, quod fides potest capi dupliciter: vno modo pro fide, quae innititur auctoritati humanae: alio modo, pro fide quae innititur auctoritati diuinae. Prima fides non differat ab opinione: quia locus ab auctoritate humana, est topicus, & argumentum inde sumptum, est debilissimum. Et ideo fides, quae tali auctoritati innititur, est opinio debilissima. Propter quod idem est querere, vtrum talis fides & scientia proprie dicta, possint simul esse in eodem, & de eodem, sicut de opinione & scientia. Et in hoc sensu primum tractabitur questio: & postea de fide, quae innititur auctoritati diuinae, & de scientia dicetur.

20 Quantum ad primum, notandum est, quod distinctio scientiae & opinionis potest accipi dupliciter. Vno

Questio I.

modo, ex parte conclusionis scitae & opinatae, ita videlicet, vt scientia dicatur habitus conclusionis necessariae, quam impossibile est aliter se habere: & quod de hoc constat scienti, sicut ponitur in definitione eius, quod est scire, vt habetur primo Posteriorum, qd scire est cognoscere de conclusione, quod impossibile est eam aliter se habere. Opinio vero proportionaliter fit habitus conclusionis contingens, & possibilis aliter se habere, quod pro tanto additur, quia per scientiam non dicitur, nisi verum. Et ideo qualis est conclusio scita, talis videtur esse scientia: sed opinione contingit dicere verum & falsum: vt habetur .6. Ethic. propter quod conclusio, de qua est opinio, & quae ab opinante aestimatur contingens, secundum hanc distinctionem opinionis à scientia, potest esse contingens, vel secundum rem, & secundum estimationem opinantis simul: & tunc est opinio vera, quo ad hoc: vel solum secundum estimationem opinantis: & tunc est opinio falsa.

Cap. 2.

Cap. 3.

4. 6. 7.

Cap.

26. Cap.

1. 6. 8.

Cap.

21 Sic autem distinguendo opinionem à scientia, impossibile est, eundem hominem habere simul opinionem & scientiam de eadem conclusione, nec secundum actum, nec secundum habitum. De actibus patet faciliter sic: impossibile est contradictoria simul esse vera. Aestimare enim contradictoria simul esse vera, non potest esse in mente hominis, etiamsi voce proferatur: vt habetur quarto Metaphysica. Sed eandem conclusionem necessariam esse, & contingentem includit contradictionem, scilicet posse aliter se habere, & non posse aliter se habere. Aestimare autem conclusionem non posse aliter se habere, quod fit per scire, & aestimare eandem conclusionem posse aliter se habere quod fit per opinari, secundum distinctionem praecipuam, est existimare contradictoria simul esse vera, vt de se patet. Ergo scire, & opinari, sic accepta, non possunt simul esse in eodem homine, & de eadem conclusione. Et in hoc sensu dicit Aristoteles in fine primi Posteriorum, quod non contingit eundem hominem simul scire, & opinari eandem conclusionem.

22 Idem patet de habitibus, quia habitus, qui causantur ex actibus formaliter impossibilibus, sunt impossibiles vt patet ex .2. Ethicorum, quia quilibet actus faciens ad generationem vnius habitus, facit ad corruptionem alterius, & completa generatione vnius, completa est corruptio alterius. Sed scientia, & opinio, praedictis modis accepta, causantur ex actibus formaliter impossibilibus, scilicet ex scire, & opinari, qui praedicto modo accepti sunt actus impossibiles formaliter, vt statim probatum est: ergo scientia & opinio sic acceptae, sunt habitus impossibiles: & per consequens, scientia, & fides, quae innititur auctoritati humanae, cum sit quaedam debilis opinio, vt dictum fuit prius.

23 Alio modo potest accipi distinctio scientiae, & opinionis, ex parte mediorum, ex quibus procedunt. Nam scientia procedit per medium necessarium. Opinio vero, per medium probabile, & contingens, vel quod aestimatur tale. Et ista distinctio videtur magis propria, quam prima: quia licet distinctio consimilium habituum, puta scientiae à scientia, debeat accipi ex parte obiecti magis, quam ex parte medii, quod est in omnibus scientiis consimile formaliter, quia est necessarium, quantum vnum dicat propter quid, & aliud quia, de quo nihil est ad propositum: tamen distinctio dissimilium habituum, qui possunt esse eiusdem obiecti, tam incomplexi, quam complexi, quemadmodum sunt opinio & scientia, oportet quod estimatur ex parte mediorum, ex quibus procedunt. Hoc etiam necesse habet fieri illi, qui contradicunt, quod circa vnumquodq; scibilem est dare habitum opinatiuum: quod non esset, nisi conclusio eadem posset esse scita & opinata. Non ergo necessario differunt scientia & opinio ex parte conclusionum: sed differunt semper necessario ex parte mediorum, ex quibus procedunt: ita vt scientia sit habitus conclusionis conclusae per medium necessarium, de cuius necessitate euidenter constat scienti: opinio vero sit habitus conclusionis conclusae per medium, quod est contingens, vel aestimatur esse contingens. Accipiendo autem sic scientiam & opinionem, possunt vere scientia & opinio simul esse in eodem homine de eadem conclusione, secundum actum, vel saltem secundum habitum.

24. Circa hoc videndum est primo de actibus, qui sunt nobis notiores, & postea de habitibus. De actibus autem dictum est, quod si ponatur esse diversus secundum rem, simul esse non possunt simul esse: quia plures actus intelligendi non possunt simul esse in eodem intellectu secundum cursum naturae, ut alibi probatum fuit. Scire autem est quidam actus intelligendi, & opinari similiter: ergo quando scire, & opinari, sunt plures & distincti actus, tunc non possunt esse simul in eodem intellectu: neque de eadem conclusione, neque de diversis: & hoc modo non contingit unum & eundem hominem simul scire, & opinari, neque idem, neque diversa.

25. Si autem plures actus intelligendi possent esse simul, nihil prohiberet eundem hominem quandoque simul scire & opinari eandem conclusionem, & quandoque non esset possibile. Quod quandoque esset possibile, patet, quia assentire conclusioni necessariae per medium contingens, quod estimatur esse necessarium, est opinari: sed tale assentire potest esse cum scire, cum nullam habeat cum eo repugnantiam: ergo tale opinari, & scire, possunt esse simul in eodem. Maior patet, quia tale assentire, non est scire: cum sit per medium, quod est realiter contingens: nec est actus cuiuscumque alterius habitus, quam opinionis, quia quaeram, quis est ille habitus, & non poterit dari, nisi fingatur novus habitus, praeter illos, de quibus loquutus est Philosophus, quare, &c. Nec obstat, quia talis decipitur, estimando medium, quod est contingens, esse necessarium: quia non est contra rationem opinionis, decipi tamen circa conclusionem opinatam, quae circa medium, per quod concluditur. Opinione enim contingit verum & falsum dicere, ut habetur in Ethicis. Et sic patet maior. Minor probatur: quia illi actus, qui se habent conformiter ad conclusionem, nullam habent repugnantiam formalem, quin possint simul esse in eodem homine de illa conclusione: sed scire aliquam conclusionem, & opinari eandem per medium contingens, quod estimatur necessarium, se habent conformiter circa conclusionem: quia per utrumque estimatur conclusio esse necessaria, & impossibilis aliter se habere: ergo opinari, & scire, sic accepta, nullam habent formalem repugnantiam, quin possint esse simul in eodem homine de eadem conclusione.

26. Et si dicatur, quod decipi, opponitur ei quod est scire: sed sic opinari est decipi: ergo opponitur ei quod est scire: & illa non poterit simul esse. Dicendum est ad hoc, quod scire, & decipi circa diversa, non opponuntur, nec sunt incompatibilia in eodem: alioquin qui sciret unam propositionem, non posset decipi circa quancumque aliam, quod falsum, & contra illud quod passim experitur. Modo in proposito nostro, scire, & decipi, non sunt circa idem, quia opinans non decipitur circa conclusionem, quae est eadem respectu utriusque actus sciendi scilicet, & opinandi: quia opinans estimat eam esse necessariam, sicut verè est: sed decipitur solum circa medium, quod estimat esse necessarium, cum sit contingens. Non est autem idem medium sciendi, & opinandi, sed aliud. Propter quod tale decipi, non opponitur ei quod est scire conclusionem eandem per aliud medium. Et sic patet, quod si plures actus intelligendi possent esse simul, nihil prohiberet eundem hominem scire & opinari simul eandem conclusionem, quando scilicet opinans estimat medium, quod est contingens, esse necessarium.

27. Si autem opinans estimet medium suum esse contingens, tunc tale opinari non potest simul esse cum scire. Cuius ratio est, quia impossibile est hominem eundem cognoscere certitudinaliter aliquam conclusionem, & simul formidare de eadem. Haec enim sibi invidetur opponuntur. Sed per scire cognoscitur conclusio certitudinaliter, sicut conceditur: per opinari autem, si sit vnus actus per se, & sit per solum medium, quod estimatur contingens, formidatur de conclusione, ut probatur. Ergo non est possibile, eundem hominem sic opinari, & scire simul eandem conclusionem. Assumpta minor probatur, quia illa cognitio conclusionis, quae est per solum medium, quod estimatur posse deficere à concludendo talem conclusionem, est cum formidine. Sed opinari, quando est per se quidam actus procedens per solum medium, quod estimatur contingens cum formidine est talis cognitio: quia de medio, quod estimatur contingens respectu conclusionis, estimatur quod possit deficere à concludendo conclusionem illam: & sic formidatur de ea, cum illa cognitio sit solum per medium illud. Ergo sic opinari est cognoscere cum

formidine. Verum praemissarum patet ex rationibus terminorum, & per consequens patet tota ratio. Sic igitur patet, quod etiam plures actus intelligendi possent simul esse, nunquam tamen scire, & opinari per medium, quod estimatur contingens, simul esse possent: & quicquid dictum est de actu opinandi, consimiliter potest dici de actu credendi, qui immititur auctoritati humanae, & per easdem rationes: quia tale credere, est opinari.

28. De habitibus autem correspondentibus praedictis actibus, tenendum est, quod illi sunt compossibiles, qui causantur ex actibus formaliter compossibilibus: sed illi, qui causantur ex actibus formaliter incompossibilibus, sunt incompossibiles, propter rationem prius dictam. Dico autem actus formaliter incompossibiles, quando respectu eiusdem obiecti includat oppositas habitudines. Tunc enim, quantum vnus eorum facit ad generationem proprii habitus, tantum facit ad corruptionem alterius: sed vnus dictum fuit. Alii autem actus, qui non includunt praedictam oppositionem, non vocantur hic formaliter incompossibiles: & habitus causati ex talibus, possunt simul esse, quantum secundum veritatem plures actus nunquam fiat simul, non quidem propter oppositionem praedictam, quia illam non habent: sed quia (ut dictum fuit prius) non puto, quod plures actus intelligendi possint esse simul in eodem intellectu secundum cursum naturae: neque de eodem obiecto, neque de diversis, quantum vnus ex suppositione opposita, sint deductae duae conclusiones immediate praecedentes, propter causam, quae inferius apparebit.

29. Nunc ergo supponendo, quod scire, & opinari, ut sunt distincti actus intelligendi, non possunt esse simul in eodem intellectu, nec de eadem conclusione, nec de diversis: inquirendum est, utrum medium contingens, quod de se natum est facere opinari, & medium necessarium, quod de se natum est facere, quod homo verè sciat, possint simul concurrere ad causandum vnum & eundem assensum de eadem conclusione, & sic scientia & opinio dicatur posse stare simul, si medium necessarium, quod est scientificum, & medium contingens, quod est natum facere opinionem, possint concurrere ad causandum vnum assensum de eadem conclusione, an non. Solum enim in hoc sensu potest procedere quaestio, stante suppositione praedicta.

30. Sic ergo intelligendo quaestionem, dicendum, quod medium contingens, vel estimatur esse necessarium, vel contingens. Si estimetur esse necessarium, sic potest concurrere cum alio medio verè necessario ad causandum eundem assensum de eadem conclusione. Cuius ratio est, quia pro omni assensu idem est iudicium de duobus mediis necessariis, & de duobus, quorum vnum est necessarium, & aliud contingens, si estimetur necessarium: sed duo media necessaria possunt concurrere ad causandum vnum assensum: ergo & medium necessarium, & contingens, si estimetur necessarium, possunt similiter ad id concurrere. Maior patet, quia assensus conclusionis, ut deducta est ex mediis vel principiis, totaliter dependet ex assensu & estimatione principiorum, seu mediorum, & non ex natura mediorum secundum se, nisi quatenus cadunt sub estimatione deducentis. Et ideo media, quae estimantur similia, possunt similiter concurrere ad eundem assensum, dato quod non sint similia in re. Minor patet de se: quia si quis haberet plura media necessaria ad eandem conclusionem, posset ea copulare in eadem demonstratione loco vnus medii, & sic ex eis haberet vnum assensum de eadem conclusione loco vnus medii. Et sic patet minor. Sequitur ergo praedicta conclusio.

31. Si verò medium contingens estimetur esse contingens, adhuc tale medium siue sumptum ex apparentibus de re, siue ex humana auctoritate, potest concurrere cum medio necessario ad causandum eundem assensum: quantum habens medium necessarium euidens, non indiget auctoritate, nec medio contingente, ita quod medium necessarium excludit necessitatem habendi auctoritatem, & medium contingens, sed non excludit compossibilitatem. Quod excludat necessitatem, patet de facili: quia qui habet aliquid certius & euidens auctoritate, aut quocumque medio contingente, non indiget eis: sed habens medium necessarium, de cuius veritate & necessitate constat ei, per resolutionem ad per se nota, habet quid certius & euidens, quam sit auctoritas, & quocumque medium contingens, quantumcunque probabile: ergo talis non indiget auctoritate, nec medio contingente.

Prologi Sententiarum

32. Quod autem medium necessarium non excludat
compossibilitatem autoritatis, vel mediū contingentis,
probatū sic: Si autoritas, vel medium contingentis, non
possent concurrere cum medio necessario ad causandum
eundem assensum, hoc esset propter oppositionem eviden-
tis & inevidentis, certi & dubii. Sed istud non impedit,
vt probatur. Ergo possunt simul concurrere. Maior patet
quia nulla causa impossibilitatis prædictorum mediōrum
apparet, nec per aliquem est adhuc assignata, nisi hoc so-
lum, quod assensus per medium necessarium est certus &
evidens, assensus autē per autoritatem, & per quodcumq;
medium cōtingens, est dubius & inevidens, quæ cum sint
opposita non possunt simul eidem conuenire. Minor pro-
batur, scilicet quod hoc non obstat.

33. Circa quod aduertendum est, quod aliqua, quæ se-
cundum se sola habent effectus conditionum, incompo-
sibilem, possunt concurrere ad vnum effectum, qui est cō-
muni amborum. Verbi gratia, lumen quod à Sole cau-
satur, & lumen quod causatur à sola stella, habent condi-
tiones impossibiles, scilicet clarum & obscurum, & ta-
men Sol, & stella, quando sunt ex eadem parte hemisphæ-
rii, concurrunt ad causandum vnum lumen in medio.
Non enim solus Sol tunc illuminat, & stella nihil facit,
cū omne lucens præsens diaphano de necessitate cau-
set lumen, sed fit vnum lumen ab vtroque, nō seorsum &
distincte agentibus, sed simul, vt vnum agens: & cū isto
lumine non fit aliud lumen et alia claritas eius, sed vnum
& idem lumen. Et ideo loquendo de re vtraque, tam stela,
quàm Sol, est causa luminis & claritatis, non quidem
totalis, sed partialis, quāuis non ex æquo, nō seorsum &
oratio causandi est in Sole, & quasi totalis: in stella au-
tem imperfecta, & minima, & à sensu imperceptibilis: ra-
tio tamen conuincit, quod fit aliqua. Et propter hunc exce-
ssum virtutis illuminatiuæ in Sole respectu stellæ, qui
patet, quando seorsum agunt, quia tunc Sol causat lumē
clarum, & stella obscurum, idcirco quando simul causant
vnum lumen clarum, per appropriationem rationis cla-
ritas attribuitur causalitati Solis, & non stellæ, quāuis
secundum rem totā fit ab ambobus, vt à partialibus cau-
sis simul concurrentibus & tenentibus locum vnius causæ
totalis. Et sic patet, quod aliqua, quæ secundum se sola ha-
bent effectus conditionum impossibilium, quandoq;
possunt concurrere ad eundem effectum, qui est commu-
nis amborum.

34. Ratio autem, quare talis conuersus est possibilis, est
ista, quia clarum, & obscurum, non accipiuntur hic pro ha-
bitu & priuatione circa commune subiectum, ab vtroque
realiter differens, vt sunt lumen & tenebræ in aëre, quia
causæ istorum, scilicet luminis & tenebrarum (accipiendo
tenebras pro pura priuatione) nunquam possunt concurrere
ad causandum eundem effectum, cum effectus vnius,
sit formaliter priuatio alterius. Sed accipiuntur hic clarum,
& obscurum, pro gradu perfectionis, & imperfectionis, in
essentia luminis: nec differt talis gradus realiter à lumine.
Et talis perfectio, & imperfectio, est in effectu, ex perfe-
ctione, vel imperfectioe suæ causæ, & non ex alia for-
mali oppositione in causalitate. Propter quod, sicut causa
imperfecta, seorsum agens, causat imperfectum lumen,
scilicet obscurum, propter defectum perfectionis virtutis,
sic ipsa coniuncta cum perfectiore virtute, & tenens cum
ea locum vnius totalis causæ perfectæ, causat perfectum
lumen, scilicet clarum, quia iam non deficit perfectio, quæ
prius deficiebat.

35. Ex hoc, ad propositum, omnis cognitio veritatis, lu-
men quoddam est, & lumen vocatur ab ipso Apost. Ephe. 1.
vbi dicit sic: Mihi omnium sanctorū minimo, data est gra-
tia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias
Christi, illuminare, &c. Id est, dare cognitionem, quæ est
quoddam spirituale lumen. Quædam autem cognitio est
clara, & quædam obscura; nec talis claritas & obscuritas
sunt habitus, & priuatio, circa cognitionem, tanquam cir-
ca subiectum, quia tunc causa obscuritatis non posset con-
currere cum causa claritatis ad causandum vnam cogni-
tionem claram: quemadmodū dictum fuit prius de causa
luminis, & tenebrarum: sed sunt gradus perfectionis ma-
ioris, vel minoris, indifferentes realiter ab essentia cogni-
tionis. Et sunt isti gradus in cognitionem, secundum gra-

Quæstio I.

dum perfectionis, & imperfectionis, in medio causante
illam cognitionem, & non ex alia formali oppositione in
causalitate. Medium ergo sumptum ex autoritate huma-
na, & medium necessarium, si quodlibet eorū causet seorsum
aliam, & aliam cognitionem conclusionis eiusdem,
istæ cognitiones erunt conditionum impossibilium,
quia vna erit clara & euidentis, illa scilicet, quæ erit per me-
dium necessarium, propter eius perfectionem in veritate
& connexionem ad conclusionem: alia verò obscura, & in-
evidens, quæ erit per solam autoritatē, propter defectum
prædictæ perfectionis, quæ est in medio necessario. Sed si
autoritati adiungatur medium necessarium, iam non de-
ficit in medio perfectio, quæ prius deficiebat, nec per con-
sequens in cognitione deficit claritas & euidentia, quæ
prius deficiebat: imò erit vna cognitio clara & euidentis,
causata ab illis duobus mediis, tanquam à causis partiali-
bus simul concurrentibus, & tenentibus vicem vnius cau-
sæ totalis. Claritas tamen illa & euidentia magis debet
attribui medio secundum rem necessario, quàm autorita-
ti, quia perfectius est & secundum se natum facere cogni-
tionem clarā & euidentem, quam secundum se non fa-
ceret autoritas.

36. Quicquid autem dictum est de oppositione clari &
obscuri, euidentis & inevidentis, & de possibili concursu
mediorum ad causandum vnam cognitionem clarā &
euidentem, intelligendum est circa oppositionem certi &
dubii, & circa concursum mediōrum ad causandum vnam
cognitionem certam: quia mediū contingens, & autoritas
humana per se sola faciunt assensum dubium: mediū au-
tem necessarium facit assensum certum. Et hi duo assensus
non possunt simul esse in eodem homine & de eadē con-
clusionem. Hoc tamen non obstat, prædicta media in ra-
tione mediōrum, possunt concurrere ad causandū vnum
assensum, qui non erit simul, nec successiue, certus & du-
bius, sed certus tantum: & sic in assensu nulla erit opposi-
tio, aut repugnantia secundum certum & dubium, clarum
& obscurum, euidentis & inevidentis, vt declaratum est. Et
sic patet minor, & principale intentum, quantum ad istum
articulum, videlicet quod medium necessarium, quāuis
excludat necessitatem autoritatis humanæ, & cuiuslibet
medii contingentis: tamen non excludit compossibilita-
tem eorum in ratione mediōrum causantū vnum assen-
sum. Et hoc modo scientia, & opinio, nec non & fides,
quæ innitur autoritati humanæ, possunt simul esse in
eodem, & de eodem, non quidem vt distincti habitus, has
bentes distinctos actus: sed quia media, quæ secundum se
nata essent causare distinctos actus, ex quibus in nobis fie-
rent prædicti habitus, vt distincti, possunt concurrere ad
causandum vnum assensum.

37. Et huic concordat communis doctrina, quæ dicit,
quod vnus homo potest simul cognoscere eandem cōclu-
sionem per medium probabile & demonstratiuum. Tho-
mas prima secundæ, quæst. 67. articulo. 3. in corollario so-
lutionis. Et alibi dicit, quod opinio potest stare cum scien-
tia demonstratiua, quod non potest esse secundum plura-
litatem actuum, sed solum eo modo, quo dictum est: &
hoc vltima parte, quæstio. 9. articulo tertio, in solutione
secundi argumenti.

38. NVNC RESTAT inquirere, vtrum scientia,
& fides, quæ innitur autoritati diuinæ, possint simul esse
in eodem homine de eadem conclusione. Ad quod dicen-
dum est, quod aut queritur de similitate habituum, aut de
similitate actuum. Si de similitate habituum, sic dicendum
est, quod fides, quæ est habitus infusus à Deo, potest stare
simul cum scientia. Cuius ratio est, quia habitus fidei in-
fusus, se extendit ad omnia, quæ sunt nobis tradita per re-
uelationem diuinam, & maxime ad illa, quæ non sunt ex
aliis deducta. Sed de quibusdam talibus habent aliqui sta-
deles veram scientiā: ergo in illis sunt simul fides, & scien-
tia de eodem. Maior patet de se. Minor consimiliter nota
est: quia Deum esse vnum, traditum est in sacra scriptura,
sicut à Deo reuelatum, & non vt ex alio deductum. Deus
teronomii. 6. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus
est. De hoc autem multi fideles habent veram scientiam
per demonstrationem acquisitam. Ergo habitus fidei in-
fusus, & veræ scientiæ, possunt simul stare.

Tb. 22. q. 2.
articulo. 5.
Secus lib.
3. d. 24.

39 Si verò queratur, de similitate actuum, dicendum est, q̄ respectu talium, de quibus potest haberi à viatoribus vera scientia, sicut est, deum esse vnum, possunt stare simul actus fidei & scientiæ: nō quidem sic, q̄ sint diuersi actus, sed quia autoritas diuina, & ratio demonstratiua, possunt simul concurrere ad causandum vnū assensum, de hoc q̄ Deus sit vnus. Quod patet per eandem rationē, quæ prius facta fuit, videlicet q̄ concursus prædictorum nō potest impedire, nisi oppositio clari & obscuri, euidentis & ineuidentis: sed illa nō impedit, vt prius probatum fuit: ergo possunt simul stare. Et satis durum videtur dicere, q̄ fidelis acquires scientiam, q̄ Deus sit vnus, nō credat ipsum esse vnum, quia ipsemet Deus hoc in scriptura sacra reuelauit. Alia autem sic subsunt fidei, q̄ secundum communem cursum humanæ cognitionis non sunt demonstrabilia, vt Deum vnum in essentia, esse trinū in personis: & illud suppositum, esse Deum & hominem. Et de his puri viatores sic habent fidem & actum fidei, q̄ non possunt de eis habere actum scientiæ, nec per consequens habitum acquirere, non propter oppositionem euidentis & ineuidentis, quia illa sublata est ex præcedentibus, sed propter conditionem materiæ, quæ non est demonstrabilis, aut simpliciter, aut huic, scilicet viatori, secundum communem cursum. Et circa hoc offendunt tria.

Deus. 6

40 Primum est, q̄ non potest demonstrari, q̄ ita sit, sicut ponit articulus. Secundum est, q̄ non potest demonstrari, q̄ articulus nihil impossibile includat. Tertium est, q̄ non omnes rationes, quæ possunt adduci contra articulum, possunt sic solui, quod scientificè constet de earum solutione. Primum patet, quia si articulus posset demonstrari, vel hoc esset à priori & per causam, vel à posteriori & per effectum. Non primo modo, quia licet aliqui articuli habeant causam, pura articulus incarnationis, & quidam alii: illa tamen causa, quoad articuli existentiam actualem, est voluntas diuina, quæ secundū se est nobis ignota. Etiam articulus trinitatis causam non habet. Quare articuli non possunt demonstrari à priori. Item nec à posteriori, siue per effectum, quia effectus ducit in cognitionē causæ secundum quod ab ea procedit: sed nullus effectus apparens nobis, procedit à Deo: nisi secundum illud, quod est vnum & cōmune cuilibet personæ intrinsecæ, scilicet secundum rationem scientiæ, potentiæ, & voluntatis, vt infra patebit: ergo nullus effectus potest nos ducere in cognitionem Dei, quantum ad distinctionem personarum, sed solum quantum ad vnitatem essentia, & attributorū essentialium. Omnes enim articuli includunt articulum Trinitatis aliquo modo: sicut articuli pertinentes ad humanitatem Christi, includunt distinctionem personæ filii ab aliis personis, sicut esse incarnatum, passum, & resurrexisse & humimodi, Quare, &c. Item demonstrationi assentit homo necessariò veli nolit: sed articulis nō assentit homo, nisi liberè volens (vt dicit Augustin.) alioquin gentiles Philosophi potuissent, & adhuc possent, necessitati rationibus nostris, ad assentiendum fidei articulis, q̄ non est verum: ergo articuli fidei non possunt demonstrari: nec aliquis adhuc visus est, qui demonstratiuè probauerit, quod ita sit, sicut ponit articulus.

d. 35. & sequen.

41 Secundum scilicet q̄ articulus nihil impossibile includat, patet, quia talis demonstratio, cum nō posset esse à priori & per causam, propter illa quæ dicta sunt prius inuenitur ex his quæ apparent ex creaturis: sed apparentia ex creaturis, magis videntur cōcludere impossibilitatem articuli, quam possibilitatem: ergo &c. Minor probatur, quia in creaturis apparet, q̄ impossibile est, supposita distinguui per relationes, sed distinguuntur necessariò per absolutam. Cuius oppositum ponitur in articulo trinitatis. Item, in creaturis natura completa in genere substantiæ constituit proprium suppositum, nec potest subsistere in supposito alieno: cuius oppositum includit articulus incarnationis: & similiter in aliis: ergo ex his quæ apparent, magis posset concludi impossibilitas articuloꝝ, quam possibilitas. Itē, quicquid est in Deo intrinsecè, vel necesse est ibidem esse, vel impossibile est ibi nō esse. Et quicquid non est in Deo, impossibile est ibi esse (neque enim potest aliquid euenire Deo contingenter, aut ab ipso recedere, quoad illa, quæ sunt intrinsecæ) sed esse trinum in personis, est Deo intrinsecum: ergo necessarium est Deum

esse trinum, vel impossibile est non esse trinum. Sed non potest demonstrari, quod Deus sit trinus, vt probatū est: ergo nec demonstrari potest, quod sit possibile Deum esse trinum. ad vnum enim sequitur aliud, vt dictum est. Itē meritum fidei consistit in difficultate a: tuseius: sed si posset demonstrari, quod articulus fidei est possibilis, actus fidei circa articulum nihil, vel modicum difficultatis haberet: non enim est multum difficile, credere illud esse factum, quod demonstratur possibile fieri: ergo hæc positio tollit, vel quasi tollit, meritum fidei.

3. d. 24. q. 3. num. 1.

42 Tertium patet, scilicet q̄ non omnes rationes, adductæ contra articulum, possunt solui, sic quod clare & scientificè constet de eorum solutione. Ad quod videndū notandum est, quod ratio, quæ adducitur contra articulum, aut peccat in forma arguendi, & tunc potest eā solvere scientificè, quicunq; sciat artem libri Elenchorum, aut peccat in materia, eō q̄ assumit fallam propositionem: vt pote si sic argueretur, Semper in distinctis suppositis est distincta natura: sed in diuinis natura non potest distincta: ergo nec suppositum. Ratio ista non peccat in forma: sed materia: quia maior propositio non est vera vniuersaliter, sicut assumitur, sed tantum creaturis. Cū ergo talis ratio sic soluitur per interemptionem propositionis, quæ solum habet instantiam in proposito in quo datur, vel de quo scilicet in diuinis, nunquid potest clare & scientificè constare de tali solutione? certe non, vt videtur: quia per idem, & eodem modo constat de falsitate propositionis affirmatiuæ, & de veritate negatiuæ sibi oppositæ quia eadem est, causa vtriusq;: sed de veritate huius negatiuæ scilicet, quod in diuinis non distinguuntur natura, distinctione suppositorum, nec e conuerso, non potest clare constare & scientificè, sed solum per fidem, quæ hoc ponit ergo de falsitate affirmatiuæ sibi oppositæ, scilicet quod semper distinguatur natura, vbicumq; distinguuntur supposita, non potest constare clare & scientificè, sed solum per fidem, quæ hoc ponit.

43 Sic ergo patet, quod considerando fidem secundū specialem materiam de qua est, quæ non est demonstrabilis, aut simpliciter, scilicet viatori (qualis est fides articuloꝝ) fides & scientia non stant simul in eodem, & de eodem: quia viatori non potest demonstrari, q̄ ita sit, sicut ponit articulus, nec quod articulus sit possibilis: nec rationes contra articulum possunt solui clare & scientificè, secundum communem cursum, quo à nobis habetur Theologia.

44 Dico autem, secundum cōmunem cursum, propter duo. Primum est, quia aliqui bene ponunt, q̄ vera scientia (quam dicunt abstractiuam) potest haberi à puro viatore, quod Deus sit vnus & trinus, sed non secundum cōmunem cursum, sed virtute diuina, & miraculose. De hoc tamen suo loco inquiretur. Secundum est, quia videtur quibusdam, q̄ Apostoli, & illi qui viderunt Christum miracula facientem, & suscitantem mortuos, in testimoniiū suæ diuinitatis, & suæ doctrinæ, habuerunt veram scientiam de diuinitate Christi, & de veritate suæ doctrinæ, quia necessarium & per se notum est, tam infideli, quam fideli, Deum non posse mentiri. Cui ergo notum esset, Deum aliquod dicere, vel facere in testimonium alicuius rei, ille haberet ex per se notis scientiam de re dicta vel testificata.

Th. 3. 45. ar. 4.

45 Qualiter autē posset esse alicui per se notum, Deū aliquid dicere, vel facere in testimonium alicuius rei? Dicunt, q̄ dupliciter: vno modo, si Beatus videns Deum per essentiam, videret ipsum mouere intellectu alicuius ad assentiendum alicui veritati: & iste modus non competit viatori. Alio modo, si aliquis videret aliquem effectum excedentem totam virtutem creaturæ, fieri in testimonium alicuius rei. Ex hoc enim sciretur, q̄ Deus faciens talem effectum, testificaretur illud, propter quod fieret. Et hoc modo Apostoli, & illi qui viderunt resuscitationem Lazari quadriduani in testimonium diuinitatis Christi, sciuerunt Deum testificari, quod Christus esset Deus, & per hoc habuerunt scientiam, quasi per talem demonstrationem procedentem ex per se notis eis. Quicquid testificatur est verum: sed Deus per tale factum testificatus est Christus esse Deum: ergo Christus est verus Deus. Et per consequens habuerunt scientiam, quod doctrina tota

quam

Prologi Sententiarum

quam audierunt a Christo, quem sciebant esse verum Deum, fuit vera.

46. Quicquid fit de modo, quo Beati possunt videre Deum aliquid dicentem, modus tamen assignatus pro viatoribus, non videtur verus, propter tria. Primum est, quia demonstratio necessitat intellectum ad asserendum: sed aliqui, qui viderunt Christum resuscitantem Lazarum, & alia miracula facientem, non asserunt, quod ipse esset Deus, ut patet Ioan. 11. quod etiam Christus exprobrando dicit Ioan. 13. Si opera non fecissem, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Ergo illa non fuerunt sufficientia ad probandum demonstratiue Christum esse Deum. Secundum est, quia si Apostoli habuerunt per talia scientiam de Christo, quod ipse esset Deus, & per consequens quod doctrina eius esset vera: sequeretur, quod ex tunc nihil meruerint in credendo praedicta: quia secundum Gregorium in Homilia in Octauis Paschae, Fides non habet meritum, ubi humana ratio praebet experimentum. Hoc autem forte videtur esse inconueniens: quare & illud, ex quo sequitur, videlicet quod Apostoli haberent de talibus scientiam. Tertium est quod dato quod esset per se notum, aliquid posse fieri a solo Deo, sicut fuit refusciatio Lazari: tamen non esset per se notum, quod hoc fieret ad refuscitandum hoc, quod diceret iste, vel ille, qui praediceret miraculum: quia de nullo homine est per se notum, quod non possit dicere falsum ex ignorantia, vel malitia: nec de Christo fuit hoc per se notum, sed solum creditum ab illis, qui crediderunt ipsum esse Deum: & quantumcunque etiam aliquis videatur verum dixisse in vno, non est propter hoc per se notum, quod dicat verum in alio. Posito ergo, quod Christus dixisset, quod Deus refuscitaret Lazarum, ad testificandum, quod ipse Christus esset verus Deus, & constaret euidenter de refuscitatione Lazari facta a Deo, & ex hoc de veritate Christi praedictis talem refuscitationem: non tamen propterea esset per se notum quod Christus verum dixisset pro illo addito, scilicet quod refuscitatio fieret in testimonium, quod ipse esset Deus.

47. Sed diceret aliquis, quod imo: quia Deus non perhibet testimonium falsitati: sed si Christus non fuisset Deus, & tale miraculum factum fuisset a Deo, Christo inuocante Deum, ut per tale miraculum testificaretur ipsum esse Deum, sequeretur, quod Deus faciendo tale miraculum ad talem Christi inuocationem, perhibuisset testimonium falsitati. Quare &c. Est ad hoc dicendum, quod si Deus per talem inuocationem Christi faceret miraculum, tunc esset in testimonium inuocationis: sed quantumcunque concurrant talis inuocatio, & miraculum, non est tamen propter hoc per se notum, quod miraculum fiat ob talem inuocationem: quia aliquis potest per reuelationem scire quod facturus sit Deus, & ignorare, propter quid debeat fieri, & propria praesumptione, vel malitia, coniecturare, vel fingere ac dicere, quod Deus facturus sit illud propter aliud quam fiat a Deo. Donum enim Prophetiae commune est bonis & malis: & talis sic dicens, falsum dicit: sed deus faciens miraculum, quod praedicitur, non testificatur falsum: quia non facit miraculum propter illud, quod alius dicit, quantum simul concurrant: & sic non est per se notum, quod miraculum fiat ad testificandum dictum cuiuscunque hominis, etiam Christi, sed solum creditum ab illis, qui credunt ipsum esse Deum: & per consequens non possunt mentiri, propter quod minor propositio rationis, (quam alii vocant demonstrationem) non est per se nota. Credo ergo, quod Apostoli, per nihil, quod audierunt a Christo vel viderunt fieri ab eo, habebant scientiam proprie dictam, quod ipse esset Deus, quantum ex concursu talium miraculorum cum fide, habuerint quandam perfectiore notitiam, quam nos. Et sic patet primus articulus quae sententiae, scilicet qualiter fides, & scientia, possunt similiter esse de eodem, & qualiter non: & quod Theologia, prout dicitur habitum, quo declarantur & defenduntur articuli fidei, ut Deum esse trinum & vnum, & huiusmodi, non est proprie scientia, & simpliciter.

48. N V N C videndum est de secundo articulo principali, scilicet vtrum Theologia accepta pro habitu eorum, quae deducuntur ex articulis fidei, sicut conclusiones ex principiis, sit vere & proprie scientia. Sic enim (ut dictum

Quaestio 1.

est prius) Theologia sumitur communius, nescio si verius, vel proprius: quod pro tanto dico, quia illa, quae quidam dicunt deduci ex articulis, magis adducuntur secundum veritatem ad sustinendum vel ad declarandum articulum: verbi gratia, ex hoc quod articulus Trinitatis ponit, quod in diuinis sint tres personae, & vna essentia, deducitur tanquam conclusio, quod distinctio personarum est per relationes, & non per aliquod absolutum. Similiter ex hoc, quod articulus ponit, quod filius Dei est homo, deducitur, quod habeat veram carnem, non phantasticam, ut ponunt Manichaei. Sed secundum veritatem, ita magis adducuntur ad sustinendum vel declarandum articulum. Propter hoc enim dicimus, distinctionem diuinarum personarum fieri per relationes, et non per absolutum, ut sustinamus, qualiter articulus possit esse verus. Si enim fieret per absoluta, necessario sequeretur, quod fieret, vel per essentiam diuinam, & tunc ipsa plurificaretur, quod est impossibile: aut per aliquod absolutum, additum essentiae, & tunc esset vera et realis compositio in deo, quod rursus est impossibile. Ut ergo articulus Trinitatis, qui secundum rationem humanam multum est obscurus, sustineatur aliquantulum, tanquam possibile, adducimus id, quod dictum est, ad sustinendum articulum, & non deducimus principaliter ex articulo. Similiter, quod dicimus, filium Dei habere veram carnem, & non phantasticam, adducimus ad declarandum, qualiter intelligatur articulus, qui ponit quod filius Dei est homo, scilicet quod est verus homo, non secundum apparentiam tantum. Et isto modo vsus est Saluator, Apostolis volens declarare articulum resurrectionis, Lucae vltimo, ubi dicit, Palpare & videre, quia Spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere. Certè poterat concludere, Ego resurrexi verè: ergo habeo veram carnem, sed non sic fecit, imò eueniit ad articulum declarandum suae resurrectionis adducit quod dictum est de veritate carnis. Et eodem modo potest deduci, ex hoc, quod filius est verus homo, quod ipse habebat veram carnem: nec est magna philosophia, imò forte petitio principii. Credo tamen, quod principaliter adducatur ad insinuandum intellectum articuli, modo, quo dictum est. Practicè autem ex articulis multa deducuntur, & aliis dictis scripturae, ut patet in libris Moralibus Gregorii, et aliorum Sanctorum, necnon in Homiliis eorum, & aliorum Doctorum.

49. Sed siue sit, siue primo modo, fiat deductio ex fidei articulis, dicendum, quod Theologia sumpta pro habitu quo talia deducuntur, non est proprie scientia: quod patet, quia syllogismus demonstratiuus, qui facit solus proprie scire, procedit ex propositionibus necessariis, & per se notis, vel reducibilibus ad aliqua per se nota: sed nulla ratio procedens ex articulis, qui merè sunt fidei, est huiusmodi: ergo nulla talis ratio facit proprie scire. Maior patet ex primo Posteriorum, ubi dicitur, quod demonstratio est syllogismus faciens scire: & ibi determinatur, quod procedit ex necessariis, & per se notis, vel quae possunt resolui ad per se nota, cum in talibus non sit processus in infinitum. Minor similiter manifesta est, quia articuli, qui sunt merè fidei, ut Deum esse trinum, filium incarnatum, passum, resurrexisse, & huiusmodi, non sunt de se noti, nec possunt resolui in aliqua per se nota: sed solum, vel principaliter, eis auctoritate scripturae, quam credimus a Deo esse inspiratam: & hoc ipsum, videlicet scripturam esse a Deo inspiratam, non est per se notum, nec reducibile ad aliquid per se notum. Quare, &c.

50. Contra rationem istam instatur dupliciter. Et primo contra maiorem propositionem, dicendo, quod ipsa solum habet veritatem in scientiis, quae non subalternatur aliis scientiis. Scientia enim subalterna non procedit ex principiis per se notis in illa scientia, sed solum creditis. Quod probatur: quia principia scientiae subalternae, aut sunt ei euidentia, & hoc, aut ex sola ratione terminorum, aut quia sunt ex aliis conclusa, aut sunt solum credita. Primum non potest dici, quia illa euidentia solum est in principiis primis & vniuersalissimis, quorum termini, & rationes terminorum, omnibus sunt noti: quod non est verum de principiis scientiae subalternae. Nec secundum potest dici: quia accipere ea, ut conclusa, pertinet ad scientiam talia concludentem, sicut est scientia subalternans.

Intra. 9. 7
Nomen. 23

ternans. Relinquitur ergo, quod in scientia subalterna sint tantum credita.

31. Secundum instatur contra minorem propositionem, dicendo, quod Theologia non procedit ex solis articulis creditis, imo cum articulo credito assumit aliam propositionem, quae potest esse per se nota, virtute cuius conclusio poterit esse nota, & per consequens proprie scita.

32. Ad primum istorum dicendum, quod principia scientiae non sufficiunt esse credita ex sola autoritate alterius, quia cum principia debeant esse evidentiora conclusioni conclusio non esset nisi credita, & non scita. Sunt ergo evidenter in scientia subalterna, non aliquo illorum modorum, de quibus agitur, sed via sensus, memoriae, & experientiae, modo, quo determinat Philosophus primo Metaphysicae: quod ex multis sensibus fit una memoria, & ex multis memoriis unum experimentum, & cum multis experimentis univiale, quod est principium scientiae & artis: & sic omnis scientia subalterna, facit evidentiam de suis principiis, quantum ad quia est.

33. Ad secundum dicendum, quod sicut ex una propositione necessaria & altera contingente non sequitur conclusio necessaria, sed contingens: sic ex una evidente, & per se nota, & altera inevidente & solum credita, non sequitur conclusio evidens, & per se nota, qualem oportet esse conclusionem proprie scitam. Et ratio huius est, quia cum maior extremitas non concludatur de minore, nisi propter connexionem medii cum utraque, impossibile est, quod ex vi talis illationis inherencia maioris extremitatis cum minore in conclusione sit magis necessaria, vel magis nota, quam inherencia medii cum utraque. Propter quod in quacumque praemissarum medium conveniat alicui extremitati, vel extremitas sibi contingenter vel inevidenter, impossibile est, quod in conclusione ex vi talis illationis maior extremitas conveniat minori necessario vel evidenter, prout requiritur ad conclusionem proprie scitam. Et sic remanet adhuc, quod Theologia, prout dicitur habitum, quomodo deducuntur aliqua ex articulis fidei, siue ex uno articulo, & quacumque alia propositione assumpta, non est proprie scientia, sed solum large, vocando scientiam habitum, quo aliquid concluditur ex veris, tamen immanifestis ipsi deducuntur. Et huic concordat doctrina communis, quae dicit sic: Si esset aliqua scientia, quae non posset reduci ad principia naturaliter cognita, non esset eiusdem speciei cum aliis, nec univoce diceretur scientia.

34. Ad primum argumentum dicendum, quod sapientia, prout de ipsa loquitur Philosophus, 6. Ethic. est quaedam scientia, vel includit scientiam proprie dictam, propter modum procedendi, quem habet: sed Theologia, qualitercumque sumpta, quavis possit dici sapientia ratione subiecti, vel materiei, de quo est iuxta quem sensum beatus Augustinus vocat eam sapientiam, tamen deficit ad modo procedendi scientiae proprie dictae: & ideo non est proprie scientia.

35. Ad secundum dicendum, quod Aristoteles nihil novit de cognitione, quae est per autoritatem divinam, propter quod de illo habitu non fecit mentionem. Unde proprie loquendo, sub nullo illorum, quae enumerantur, 6. Ethic. continetur Theologia, qualitercumque accepta. Per idem patet ad tertium, quia in autoritate Hieronymi non accipitur scire ita stricte, sicut Philosophus accipit primo Posteriorum, sed accipitur pro noticia divinorum, quae tradit scriptura sacra, in quantum creditur a Deo revelata. Rationes in oppositum probant, quod Theologia non est proprie & stricte scientia, quod concessum est.

QVAESTIO SECUNDA.

Vtrum Theologia lumine alio a lumine fidei supposito, sit proprie scientia.

Henricus Quodlibet 12. quest. 2. Oltram. 3. q. Prologi maioris. 3. dist. 25. q. 5. Vide Carthusianum.

AD secundum sic proceditur, & arguitur, quod Theologia, supposito quodam lumine alio a lumine fidei, sit proprie scientia: quia altius lumen causat altiolem cognitionem, sed respectu credibilium est dare in viatoribus lumen altius fidei: ergo est dare eis altiolem cognitionem, quae sit cognitio fidei: sed supra fidem non est nisi scientia: ergo &c. Maior de se videtur manifesta. Minor probatur per autoritatem beati Augustini super illud Iohan. 1. Erat lux vera, ubi dicit, quod aliud est lumen ad credendum, aliud ad intelligendum: ergo praeter lumen fidei est dare aliud lumen, & aliud.

2. Item ibidem dicit, quod lux increata illuminat hominem duplici lumine, parvulos quidem lumine fidei, quo nutriuntur, et lacte: maiores autem, lumine sapientiae, quo, ut solido cibo, vescuntur. Quod lumen habebat Apostolus, qui dicebat 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Igitur praeter lumen fidei, quod habent omnes fideles, quantumcumque simplices, est aliud lumen clarior, quod habet maiores, & doctores, & haec fuit minor sequitur ergo conclusio.

3. Item, Deus non deficit in necessariis, multo minus, quae naturae: sed necessarii sunt, quodammodo defendatur contra errores infidelium & haereticorum, ergo Deus providit ecclesiae quae semper sint in ea aliqui, qui possint fidem defendere: hoc autem non potest fieri per solum lumen fidei, nec per solum cognitionem Dei, quae communis est omnibus fidelibus: ergo oportet in maioribus esse aliud lumen clarior fidei, in quo habeant de credibilibus altiolem cognitionem, quam per fidem: sed illa non videtur esse nisi cognitio scientifica: quare, &c.

4. Ad idem est, quod dicit beatus Augustinus in secunda epistola ad Volusianum: Ego catholicam fidem profiteor, & per illam ad certam scientiam me venturum praefumo. Auctoritas videtur expressa.

5. IN CONTRARIUM arguitur, quia omnis scientia resoluitur ad per se nota, ut prius ostensum fuit: sed nullus inter viatores adhuc inuentus est, qui credibilis sit resolventer, vel resolventer potuerit ad per se nota: ergo nullus adhuc fuit illuminatus, in tantum quod habuerit scientiam de credibilibus.

6. RESPONSIO. Circa questionem istam sic proceditur: quia primo ponitur quaedam opinio, quae asserit Theologiam esse scientiam proprie dictam, eo quod articuli, ex quibus, tanquam ex principiis, ipsa procedit, sunt vere intellecti non solo lumine fidei, quia in illo sunt tantum crediti, sed quodam lumine medio inter lumen fidei & lumen gloriae. Et secundo inquiretur de his, quae dicta opinio ponit.

7. Quantum ad primum, sciendum est, quod illa opinio tria ponit: primum est, quod est dare lumen tale. Secundum est, quod in illo lumine possunt esse articuli vere intellecti, quemadmodum in lumine naturali intellectus nostri, principia scientiarum sunt vere intellecta: & per consequens conclusiones ex articulis sic intellectis demonstratae sunt verae, & proprie scitae. Tertium est, quod tale lumen & scientia in illo lumine habita, non evacuant fidem.

8. Primum istorum, scilicet quod est dare tale lumen, probant duabus autoritatibus beati Augustini, positus in primo argumento questionis. Necnon & secunda ratione ibidem subiuncta.

9. Secundum autem probat duabus autoritatibus, & una ratione. Prima autoritas sumitur ex Canone Esai. 7. ubi dicit translatio nostra, Nisi credideritis, non permanebitis: alia translatio habet, non intelligetis. Ergo supra posita credulitate per fidem, possibile est intelligere articulos per aliud lumen. Secunda autoritas est beati Augustini ad Volusianum, prius in arguendo posita. Ratio autem talis est, non minus potest lumen, supposita fidei, supernaturali, quae naturale lumen intellectus nostri supposito phantasmate. Sed lumen naturale intellectus nostri, supposito phantasmate, facit clare intelligi principia naturalia, & sciri conclusiones ex eis deductas. Igitur lumen supernaturale, supposita fidei, sufficit ad faciendum intelligi principia supernaturalia, id est, articulos fidei, & sciri conclusiones ex eis deductas.

Verius Post. 71. cap.

Henr. v. Quodlib. 12.